



**Erasmi a Chokier Tractatus absolutissimus de
iurisdictione ordinarii in exemptos, deque illorum
exemptione ab ordinaria iurisdictione**

Mvltis Pontificvm Decretis, Et SS. Congregationis ... Cardinalium
Declarationibus illustratus ; omnibus in iudicio Civili & foro Ecclesiastico
versantibus perquam utilis ac necessarius ; in duos tomos ab ipso Auctore
distinctus

Chokier, Érasme de

Coloniae Agrippinae, 1684

1. Exemptiones, an possint revocari.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61886](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61886)

PARS TERTIA.

QUESTIO I.

Exemptiones an possint revocari.

SUMMARIUM.

1. Exemptiones revocari possunt.
2. Papa non potest sibi ligare manus.
3. Adversus potestatem revocandi non currit prescriptio.
4. Exemptio concessa ex contractu est irrevocabilis.
5. 8. Quando dicitur transisse in vim contractus.
6. Princeps revocans Exemptiones datas in vim contractus, censetur circumventus.
9. Limitatur nisi superveniat causa.
10. Officiales Cancellaria, habent sua officia titulo oneroso, quibus Papa nunquam censetur derogare.
11. Papa ex justa causa potest recedere a suo pacto.

PRIVILEGIA, Exemptiones, libertates, immunitates revocari posse regulare est. Et apud omnes pro indubitato. gloss. cap. decet. de reg. jur. in 6. ubi Franc. nu. 4. l. qui fundat. C. de omni agri desert. lib. 10. cap. ne aliqui de privileg. ca. ult. in fin. de sentent. excom. in 6. cap. Clerici §. non obstantibus, ubi gloss. de immunit. Eccles. in 6. Gall. lib. 2. obs. 60. n. 17. Duabus potissimum ex causis. Prior 2. Quia Papa seu Princeps sibi manus ligare non potest, cap. fin. ubi gloss. de Restr. in 6. ca. Innotuit de elect. gloss. c. fin. de sent. excom. in 6. Fel. in repert. verb. Privilegium an revocatur fol. 100. col. 2. Altera Priori similis, Quia pro ejus arbitrio est quotiescunque ei lubet voluntatem revocandi. l. si quis in pr. ff. de leg. 2. Barib. Et Jason l. Imperium ff. de jurisd. om. jud. Nicolaus de Ubald. tract. de success. ab intestat. par. 1. in ult. mod. legitim. col. 2. Adeo quidem, quod adversus potestatem ea revocandi, nulla unquam prescriptio currere possit. Bald. cap. sicut col. 3. de jurejur. Jason. Et Barib. d. Imperium. Restaur. tract. de Imperatore quest. 55. n. 2. Quae conclusio limitanda primo est, si Exemptio non stare in vim privilegii, sed in vim contractus, tum enim esset irrevocabilis. late Felin. ca. 1. de probat. Barib. 4. l. omnes populi num. 29. ff. de justit. Et jure. Innocent. cap. in nostro de jurejur. Rom. conf. 256. Abb. conf. 51. lib. 2. Alex. in add. ad Barib. l. Caesar. i. ff. de publican. late Felin. in repert.

reperi. verb. princeps obligatur ex contractu fol. 99. col. 2. etiam ex plenitudine potestatis. Dec. conf. 131. & 286. Abb. Rom. ubi supra.

- Censetur autem privilegium transivisse in vim contractus multis modis, & quidem primo si fuerit concessum non subdito, videtur transire in contractum; nec videtur revocari posse nisi ex causa. c. novit. ubi DD. de iudic. Roa. Neapol. dec. 361. Notarium col. 3. in novis & dec. 393. Rex col. 3. de privileg. Decius cap. qua in Ecclesiasticum n. 37. de constit. Geminiu. conf. 74. attentis col. fin. Restaur. d. quaest. 55. n. 5. & 6. Gall. d. obs. 6. n. fin. Secundo si fuerit concessum accepto pretio in recompensationem servitii per viam pacti seu conventionis. Decius conf. 276. in causa col. 2. Bald. l. qui se patris col. pen. & antep. C. unde liberi. Landens. de privileg. notab. 34. Rot. Neapol. dec. 128.
- Item si Princeps habuisset aliquam donationem vel aliud commensuratum cum re concessa, si enim tunc revocaret, dolum committeret. Dec. d. conf. 286. col. 3. Idem iuris si privilegium contineret plus gratiae quam contractus, praevalet enim praeponderatque qualitas contractus ut dicatur potius contractus. Dec. d. conf. 286. Fel. late & DD. d. c. novit. singulariter. Arc. c. 1. col. 2. de constit. Castr. l. digna vox col. 2. C. de legib. DD. d. c. novit. singulariter. Arc. c. 1. col. 2. de constit. Castr. l. digna vox col. 2. C. de legib.
- 6 Quae adeo vera sunt, ut si Princeps his casibus veniret contra suum factum, diceretur circumventus & sui oblitus, etiam si rescriberet motu proprio. Bald. d. l. qui se patris Bald. cap. cum olim. de re iud. Restaur. de Imper. quaest. 114. n. 12.
- 7 Ratio est, quia etiam Princeps contrahendo obligatur civiliter & naturaliter, late Fel. cap. 1. col. 3. de probat. & iuse Restaur. ubi supra quaest. 116.
- 8 Idem dicimus, si concessum esset in executionem promissorum seu in recompensationem alicujus rei factae. late Decius d. conf. 286. Restaur. ubi supra & DD. Quae tamen declaranda sunt, nisi iusta aliqua causa superveniret revocandi contractum, tum enim infringi ac revocari posset. Bald. l. fin. ff. de senat. Fel. d. c. 1. n. 6. de probat. Dicam infra l. 4. q. 75. in fin. Princeps enim contractum aut privilegium pretio concessum revocare potest, praesumiturque in dubio ficere cum causa, ut refert & probat Navarr. cap. si quando excep. 20. n. 10. & 12. de rescript. ut & privilegium non subdito concessum, quod etiam ex causa superveniente infringi potest, nempe si ingraticulo aut quapiam ejusmodi alia iusta causa superveniret. Bald. d. l. fin. Imol. Anton. in cap. cum in col. 4. de constit. per. cap. fin. de donat. Fel. d. n. 6.
- 10 Ideo dicimus, quod cum officiales Cancellariae habeant sua officia titulo oneroso & in vim pacti, nunquam P. pa seu signatura censetur eorum privilegii derogare velle. Bald. d. l. qui se patris col. 7. C. unde liberi. Anchor. ca. 1. n. 8. de constit. in 6. Rom. conf. 252. n. 3. Abb. cap. novit. n. 25. de iudic. Iaffred. dec. 225. & 321. Curt. fin. conf. 174. n. 241. & 33. Mandos. de sig. gratta lit. Protonotarii col. 4. vers. deleri in fine. Navarr. d. except. 20. n. 13. Idque nisi subita causa, licet enim Papa ex pacto obligetur, iusta tamen ex causa a suo pacto recedere, eique derogare potest, quemadmodum docti apud Navarrum probatum est de spol. Cleric. §. 18. n. 2. & de jubileo noi. 28. n. 7.